

exaudiens. Ite nunc domine per illoꝝ intercessionem me defende a visibilibꝝ et inuisibili libus inimicis in omni hora et in omni momēto. Et vos sancti Georgi Blasi Eralme panthaleon vite christofore dyonisii citiace achaci eusta chi egidi magne margareta katherina et barbara. per illū qui vos vocauit nolite me peccatorem despiscere. Sed intercedite p me ad dominum iesum christum cui est honor et gloria in secula seculorum Amen.

### **A**d omnes sanctos martyres Oratio.

**A**vos clarissimi sanctoꝝ dei martyres mente et corde ego nimius peccator p clamo quatinus vos cum sa crissima orōne vestra innueras peccatorꝝ meoꝝ sordes a pud dominū nostrum iesum xpm aliquātisper diminuere et delere dignemini. Et ultra vitam meam cum grandi meoꝝ criminum pondere grauaram non inueniar. Desendar me obsecro iugis v̄a oratio ab omnibus aduersitatibus meis. Et assidue de

precationes vestre sint misericordia contra omnes insidias dyaboli. ne non contra carnales hostes. Quinetiam p̄ cor et maxime iter ceteras petitiones humiles efflagito. ut misericordem deū creatorum omnium iugiter pro me intercedere dignemini ne me miserum ac indignum bone voluntatis mee que ab illo pcedit effectu priuari patiatur. Sed quecumq; ppter sui honorem et matris eius sancte marie suo rum q; sanctoꝝ inchoauit permanentiam pteratis sue largitatem ad perfectionem me pducere concedat iesus ip̄us dominus noster. Qui cū deo patre vivit et regnat deus per via secula seculorum Amen.

### **S**equuntur nūc orōnes ad sanctos dei confessores. Et primo ad sanctū Gregorium papam Oratio.

**A**ncete gregori p̄misit christi funde p̄ces p nobis ad dominū vt per tuam intercessionem prester nobis dominus virtutē repugnandi contra oia mala nobis nocētias vt et deuitare vicia possum⁹ et cuncta in celestibꝝ pfutura R

nobis in hac vita preparare  
studeam largiente domino nostro  
Iesu Christo. Qui vivit et reg.

### Ad scdm hieronimū

**Q**uasi stella maris. O domine.  
Quicuna splendet patre incli-  
tus. tunc luna plena bina stat  
corona predicta. pudicitia et do-  
ctrina radiis diuinitatis. quasi  
sol in templo fulget doctor ma-  
ximus. verbo signis et exem-  
plo confessio hieronimi doctoris.  
doctor inclite adiutor. tu  
hieronime. in tribulacione suc-  
curre. Et alia pro nobis apud  
deum venerande doctor. Ut fal-  
lacia carnis facula superemus.

**O**dyssey semper de-  
largitor. omni bono qui  
sanctissimum hieronimum presby-  
ter et confessorem tuum. eximiumque  
doctorem virginitatem perueniens  
per eminenter scientiam ac scriptarum  
eximie illustribus titulis ador-  
nasti. apostolicisque miraculis de-  
corasti. et eternae beatitudinis im-  
mensa gloria sublimasti. tribue  
nobis quoniam ut et suffragan-  
tibus meritis et precibus gloriosis  
ab omnibus malis atque peccatis  
patitur perterritis et futuris mi-  
sericorditer liberemur. et veri-  
tatis penitentie dono concessio.

per hennis felicitatis gloria  
perfruamur. Per christum dominum.

### Oratio de scō bernardino

ad Clarevallem abbate et  
doctore egregio.

**O** Alme pater bernardus  
ardetissime amator. cultor su-  
avitatis. et mellifluus dulcedei-  
nis dei qui es spes et solatius  
omnis ad te clamantis corde ro-  
to. tue sancte protectione me  
comendo. propter excellentiam  
meritorum tuorum. ut ab oib[us] que  
contraria sunt anime mee tueri  
me digneris. et impetrabis mihi  
de abundatia pietatis tue  
gratiam copunctionis lachrima-  
rum ut digne et copiose placere  
valeat cara mala et offensas q[ui]  
bus a iuuencione mea frequenter  
puocauit amabilem et desidera-  
bilem dominum meum Iesum Christum.  
Qui tanta caritate dilexit te  
ut brachis sue passiois et pre-  
ciose mortis te amplectere dignatus est. Leges digne lauda-  
re et venerari merear. et inter-  
na dulcedie gaudia eterne vi-  
te valeat meditando. amando se  
et aido. in perpetuum adipisci. Tu  
oluna fructifera in domo dei.  
vitis fructifera in vinea domini.  
vas aurum. solidum ornatum omni-

lapide precioso sanctay virtutu  
tu pas in quā celestis doctri  
ne ēm̄ cor dei electū t̄ dulcis  
simū fide t̄ sanctitate splendi  
dū. ac varijs chrismatib̄ grā  
ru taq̄ gemis choruscātib̄  
decorati. Un̄ fluenta spūscet  
et diuine bonitatis p̄minasti  
toti ecclie. Ergo amatissime  
pater t̄ optime intercessor q̄  
in gaudiū dñi tui feliciter in/  
trosti. Rogo supplico p̄to  
corde affectu. t̄ ex o:b̄ deside  
riis aīc nice vt benignissime  
pater t̄ dulcē magister digne  
ris. n̄ emor esse mei in ser  
p̄toris ad dñm nr̄m iefum  
christū. de quo dulcissima eſ  
loquia eructasti in terris. vt  
parcat peccatis meis oibus.  
et coleruerit me in bono statu  
nec ab eo vñc aliqua neces  
itate vel causa separare pmit  
rat. Neq; ad coloriū bīoy  
angeloy. t̄ ad delectabilem vi  
sionē dei diu desideratā cū oī  
bus sanctis post teadmittat.  
Et fac me sine fine tuis festi  
uis gaudijs interesse. Quod  
nobis omib̄ prestare dignet  
dñs nr̄ iesus christus q̄ rege  
cū deo patre in ynitate spū  
sancti. Per omnia secula secu  
lorum. Amen.

## In doctorē ecclie san

**D**icitur Augustini.  
Octor prefulgēs l̄ris. doct  
oribus pre ceteris. Tu do  
ctrina clericoy atq; sacra vita  
moꝝ. Formula prima rosa. t̄  
sacra fidei gloſa int̄ vite for  
ma. et foris glorie norma. no  
bis solamē miseric̄ exposce ir  
uamen. ¶ Justū deduxit do  
min⁹ p̄ vias rectas. Et ostē  
dit illi regū dei. Ofo

**O** Eus qui beari augu  
stinū pontificē tuū luce sapi  
entier opeꝝ executioꝝ illustra  
sti. Da nobis ei⁹ dicta sobrie  
intelligere. t̄ intellecta opib̄  
adimplere. Per dñm nostrū.

## In cōfessore xpi Flo

**I**nclitus est preuentiū.  
sul omni venerād̄ in euo  
Eui vita fuit sine turpi florē  
da neuo. Quē christ⁹ celi sū  
mo venerat honore. Hunc  
nos in terris vero reueremur  
amore. ¶ Ora p nobis bea  
tissime florēti cōfessor christi

**O** Ut digni effi. Ofo  
Eus q̄ b̄m̄ florētū sp̄ali priuile  
gio in medēdis ruptaz. passi  
omib̄ ad salutē fidelū decos  
rasti. tribue q̄s vt ipi⁹ meritis

et intercessionib⁹ ab oīb⁹ ma-  
lis eruiamur. Per dominum.

### De sc̄to martio oīo.

**R**ogo te dilecte sacerdos-  
dei martine. vt p me mi-  
seritimo atq; scelestissimum. sa-  
cris tuis oronib⁹ intercedere  
digneris apud misericordes  
patrē ⁊ dēū omnipotentē. vt  
qui te in trūm resuscitatione  
mortuorū decorauit in terris.  
sua ineffimabili pietate me a  
tūctis absolutū petis a mor-  
te resuscitari animē suorum  
nilero aggregari. ⁊ de hac vi-  
ta felicē consummatōne migra-  
ri. atq; ad dexterā suā in ce-  
lis collocari p̄cipiat. Per chri-  
stū dñs. Amen. Ecce sacer. Qro

**O**pusqui cōspicis quia  
ex nulla nostra virtute  
sublīstissim⁹. cōcede apic⁹. vt  
intercessiōnē beati martini cō-  
fessoris tui atq; p̄tificis cō-  
tra oīa aduersa muniamur.  
Per dominum nostrum.

### De sc̄to nicolao oīo.

**S**ancte nicolae p̄sul dei  
in tuis sc̄is merit⁹ lau-  
do xp̄m qui te magnificauit  
in cōspectu angelorū ⁊ homi-  
nū. Tu enī p̄ viscera tue pic mī-  
serationis ac cōpassionis fra-  
sterne pat. is in opia ⁊ filicruz  
derestabilē infamia obstruxi-  
sti. rutilat⁹ aurū largifluā col-  
latiōe. Sancte nicolae fac an-  
mū meū immūndis cogitatō-  
bus ⁊ voluptatib⁹ atq; opib⁹  
fluctuātē deo placitis inuigi-  
lare opationib⁹. Tu sc̄te Ni-  
colae qui iuuenes morti dedi-  
tos; illesos abiit fecisti. tu  
me a morte aie liberatus eccl̄ia  
re collo ea ante p̄sentiā christi.  
Sancte ni colae qui nautas ī  
mari quassatos lanos ⁊ inco-  
lumes eruisti a peccatis meis  
is p̄teritis p̄tibus ⁊ futuri  
ante cōspectū diuīne maiesta-  
tis clementē absoluē. sine vīto  
ne diuīne vindicte. Tuis me  
dñe oronib⁹ adiutus meres  
ar de instantib⁹ p̄culis ⁊ an-  
gustijs liberari. Nam credo  
pie sancte nicolae tuis me p̄-  
cibus esse saluandū. q; ad te  
clamo. ⁊ te precib⁹ meis licet  
indignus pulsare nō desistos  
vt te intercedete ab imminen-  
tibus p̄culis pctis ⁊ offensi-  
nibus meis quib⁹ quotidie  
affligor merear liberari. salu-  
me supplice famulū tuū ami-  
ce dei. Nicolae de p̄tib⁹ amē

gustis & tribulatiōib⁹. q̄ i ee  
coſidit alia mea. vt p̄tē me ſal  
uet qui te ſibi elegit. Undi  
q̄ cū cūdederū me mala q̄  
nō eſt numerus. ſed ab illis  
ſpero tue ſcītatis p̄cib⁹ liba  
ri. Idei co ſomēdo me tue ſa  
ni. vt me facias gaudere cum  
ſanctis & electis dei in futu  
ro ſeculo. v. Ora p nob̄ ſan

**D**e n̄icola. Ut. Oro.  
Eus qui b̄m n̄icolaūz  
p̄tū p̄t̄. c̄ tuū innūeris dei  
corāti miraculis. tribue q̄s.  
vt ei p̄cib⁹ & meritis a gehen  
ne ignis icēdio libemur. De

### In heremita dei An

**O**nthoni he ſthoniū.  
Oremta in firmoz ſpes et  
vita. fac me digne te laudare  
venerari & amore perpetui me  
moria. in aduersis ſis. ptecor  
mediator dux & vector. ne cū  
prauis cōdemnamur. immo  
teū gliemur in celesti patria  
ame. Aū. Ego de celo fetā  
eſt ad beatū ant̄oniuū. q̄ v̄l  
rūliter dimicasti ecce ego tecū  
sum & facia te noīare in toto  
orbē terrar̄. v. Ora p nob̄  
b̄c̄ anthoni. Ut. Oro

**D**Eus q̄ cōcedis obtētu

beati ant̄oniuū cōfessoris eut  
morbiū ignē exangui & mē  
bris egris refrigeria p̄ſtaris  
Fac nos p̄pet̄ ei⁹ intercessio  
nibus a ḡ. b̄ne incēdijs libe  
ratos. eibi feliciter in gloria p̄  
tari. Qui viuis & regnas.

### Item alia oratio de sancto Anthōnio.

**O** Dnipotē ſempiterne  
deus miſcidiā tuam  
ſupplices exoramus. vt ſicut  
beatus anthonus cōfessor tu  
us glōius demonū multitudi  
nē ſpiritusanco cooperan  
te contriuit. ſic nos ei⁹ meritis  
omnes tentationes dyabolicas &  
et omniū aduersarioꝝ noſtro  
rum infidias ſugare & euade  
re valeamus per te iefu chris  
tē ſaluator mundi rex glōrie.  
Qui cū patre & ſp̄u ſancto vi  
uis & regnas d̄ p̄ ola ſe. ſec  
Amen.

### Ad omnes ſctōs

**S**confessores Oraio:  
Ancte Gregori. sancte  
martine. sancte n̄icolaie. ſau  
ete leo. sancte augustine. ſan  
te ambrosi. sancte Hieroni  
me. sancte Benedicte. sancte  
Bernarde. Sancte Egidi:  
Sancte Leona de conf. ffor

5 4

sancte Anthoni. sancte Pauli. Oes sancti sacerdotes et professores dei nolite me despiciere. si scit opus tuum a deo hic adhuc positi in mortali corpore: audire me ut vro sacramenti mortuorum interueni a patribus equi. et a patre absolui. et a cunctis reservationibus pectoribus erui. et per professionem sancte trinitatis gloriam semper me beatum datus merear ad ipsi Amem.

Itē alia ad eosdem.

**D**eus qui es oūm secessōp confessorum tuorum splendor mirabilis. da eorum misericordia eternam in imitacione proficere. et oratione fulciri. misericordiam tuā exemplis eorum meritis coequi: veer eorum gloriōsa confessioē usq; ī fūnē seculi. miseri capiat regni celestis augmētū. Per sp̄m.

**D**e tribi regib⁹ Alii. Ab oriente venerunt magi in bethleem adorare dñm. et apertis phænomenis suis p̄ciosa munera obtulerunt. Auro sicut regi magno. Thus sicut deo vero. Virrhā sepulture ei alleluia. Reges tharsis et insule munera offerēt. Reges arabum et iabba dona adiūcent. **Oratio.**

**D**eus qui tres magos orientales Caspar. Melchior et Balthazar ad te uenient. ut te mysticis venerant munerib⁹. sine impedimento stella deinceps duixisti. Cōce de p̄picius. ut per hōp̄ trium magorum pias intercessiones et merita nobis familiis tuis tribuas. ut itinere q̄ iture sum celeritate. leticia. gratia. et pace negociorib⁹ bene pacō. reip̄ so solo vero. vera stella. ya lux minis luce. ad loca destinata cū omni prosperitate ipsorum ad celestium citiū cōsortia. salvū ac sani redire valeamus. Qui viuis et regnas deus.

**D**e sequitur oratio  
de sanctis virginib⁹. Et prior in martyre dei Barbaram.

**H**ec martyr gloriola. barbaraq; generosa. paradi si vernas rosa castitatis liliū. Ave virgo pulchra tota. carissimae fonte lota. dulcis misericordia deuota. Nas virtutū omnium. Ave eriminiis ignara. sponsū audi⁹ voce clara. Veni pulchra venicara. veni corona nobis. Ave barbara serena pulchra. quasi luna plena. Singulari cātilena. sponsus agnū sequeris. Ave barbara